# Societas e

## cum uariis

Tollerandi ubique sunt proximi quia Abel fieri non ualet quem Caym malicia non exercet. Vnum uero est pro quo uitari societas malorum debeat ne, si fortasse corrigi non ualent, ad imitationem trahant et cum ipsi sua malicia non mutantur, eos qui sibi coniuncti fuerint peruertant.

Gregorius omelia IX. super Ezechielem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

pro quo] potentia qua P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; societas] socitas C; coniuncti] conuicti $L^2$; Gregorius] in *add.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$